

Dixit ex cōmōdō
foliū vōde p̄latē s̄erā etā co ḡrātāē oō
in corpōne tota fācilitāē p̄ dīscē rem dīri
octūlū. Tūlū autē cōtacōri. Verōne qua eē
bui. Nā p̄uenīre ista ad noticā demonū
p̄ nōnulla ec̄ expīnīcta optū ē. Sed v̄trū
siḡna quedāz dent̄ ex corpōne coḡitātu
illis sensibilia nō aut latētia an alia vi sp̄i
ritu alli ista coḡnoscant̄. à diffīclīe p̄t ab
homībo à omnīo nō p̄t m̄uem̄ri.

V

Nōd autē s̄ortilegiā diuinī h̄
cessare noluerit et cōmūntādi
sūt. rōne et auctoritatē p̄bār̄.

E

nī enī quod dā genū cultū
rep̄doloz̄ ex demonū d̄sultacōb̄ futū
ra p̄dicere. Dicit̄ enī auarū q̄ cultū deo
debitū nūmō impendit y doloz̄ cultor ab
ap̄sō noīatur. sic illi qui fut̄ra que ex dū
oraculo nōnumquam reuelata m̄uem̄t̄
vel demonū d̄sultacōe uel q̄buslibet p̄fī
ḡns m̄uem̄re laborāt̄. diuinatās iha cr̄
atūris attribuūt̄. figura emī p̄scire solius
dei ē. qui m̄ sui cōtē placōne etiā angelos

Etas amētāt̄ à matēfīca m̄
p̄agātoes pagātoes nō
m̄ tētāt̄. Autērūb̄ q̄
ec̄cat̄ in suis laneficijs vām
sed d̄xū mūcēt̄ adm̄t̄r̄c̄
texēt̄ cōt̄. Ite ex
h̄cap̄lo. xxx.

Sac̄is offic̄is de ditoſ
On oport̄
sacr̄is vel m̄cātatores exīſt̄.
Lateria q̄ aīanz suaz vīcula
aut̄ q̄ talib̄ reb̄us v̄tūt̄ p̄
uſſimus. Ite ex d̄cilio tolē
p̄itulō. xxx.

Hōnore p̄rāt̄
I quis ḡos v̄l aurū.

D̄ ips aut̄ p̄fībr̄ à diaconī
liber de ordīnb̄ clēicōz ar
cātatores à ariolos à cītē aug
nlegos vel q̄ p̄fītēt̄ artē ma
eoz̄. s̄ilia exercētēs cōfūtūſſe
suerit. ab hōnore dignitatis ſ
mōſterij curā recipiat. ibiq̄ p
tue deditus scelus admīſſiſ ſa
uat. Ite ex agathēt̄ cōt̄lio

IX.B.6 315.

45.

Sbd

~~D. April 1874~~

~~XXVIII. 9. 00~~

2.2. Gebrüder Grimm, Gedichte, 1. Auflage.



In hoc Libro continentur	fol.
1. Due orationes Dr. Sigism. Frickelthusi.	1.
2.	5
3. Schmücki Synopsis in Ius Canonicum.	13.
4. Gothofredi Reuteri disput. ad. L. diffamari.	41.
5. Disputat. Iohannis Stucky de rescind. vendit.	63.
6. Disp. Schmücki De Seruitut. Urb. et Rust. Pred.	77.
7. Disp: D. Iohann. Bohmy. De Dominiis.	82.
8. Iohann. Bohmy De Litiis denunciatione.	106.
9. Ioh. Bohmy De Primariis retinendis possessionis interiectis.	112.
10. Bohmy de Commodo.	139.
11. Disp. Tob. Schwendendorff. De Jurisdictione	
12. Disp. Sigismundi Frickelthusi De Iure Culturae.	142.
13. Decas questionum iuridicarum.	175.
14. Iohann Kannengießer de Nutio.	219.
15. David Liniori disputatio se Naturalibus, sub- stantialibus et accidentalibus contractuum.	229.
16. Disp. Henningi Grossi de Defensione necessaria.	279.
17. Disp. D. Conradi Carpzovii de Probatib.	333.
18. Quod. Disp. de Espide Durriam.	365.
19. D. Michaelis Federeni disp. de Feloniis.	373.
20. Disp. Riemeri de Mora et in.	381.
21. Disp. Ioh. Sveri de Iure Arseni.	389.
22. Henningi Grossi: disput. de Jurisdictione.	411.
23. De Iure Pignor. et stygiobocar.	423.



24.	De Exceptioniby.	435.
25.	De Homicidio.	463.
26.	De Sententia Definitiva.	481.
27.	De Capititate seu Occupatione bellicâ.	497.
28.	De Militari Testamento.	529.
29.	De Tertio Interveniente.	541.
30.	De Mandato.	555.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-576678-p0005-1

DFG



T.
1
SOLO FAVENTE DEO.

SIGISMUNDUS

Winkelthaus/

U. J. D. Professor publicus
& Collegii Juridici Lipsiensis
Ordinarius.

Juris prudentiæ Cultoribus


*Salutem atq; felicitatem Decumanam
Amicè precatur.*

Anno salutis reparatæ, M. DC. XXXVIII.

LIPSIÆ.

Typis GREGORI RITZSCHI,





SURIS CANONICI sanctiones non
minùs nostratis THEOLOGIS, HI-
STORICIS, & POLITICIS perutiles,
qvàm JURE CONSULTIS necessarias
esse, omnes, qvi sanioris sunt judicii, facile
affirmabunt.

THEOLOGUS namq; Lutheranus ex ipsius *juris*
Canonici antiquioribus qvibusdam *Canonibus* in multis Religi-
onis Christianæ articulis Pontificiorum errores post SS.
Scripturæ oracula facile redarguere potest. Ut pote in qvi-
bus probari videas: Communionem sub Utrâq; : (a) Cleri-
corum conjugium : (b) Laicorum lectionem in S. Bibliis : (c)
Reprobari contrà: Bona opera vitæ æternæ meritoria : (d)
Traditiones humanas : (e) Invocationem Sanctorū : (f) Ima-
ginum, Statuarum, & Picturarum adorationem : (g) Prima-
tum Pontificis : (h) Primatum Petri : (i) Delectum ciborum:
Manifestari & declarari insuper veram originem Missæ : (l)
verum jejunium : (m) Et sexcenta alia. (n.)

Neq; verò hæc tantummodò THEOLOGO, sed &
plura alia Religionem non concernentia occurruunt in jure
Canonico, qvæ ipsum uberiori informare possunt: Ceu sunt
Jura Decimorum, Patronatūs, Matrimonii, Usurarum, Præ-
bendarum, Beneficiorum Ecclesiasticorum, &c. Ut pro
inde Jus Canonicum omnibus Theologiæ abdictis jure me-
ritò debeat esse qvàm commendatissimum. Hinc etiam
B. Lutherus, qvamvis Anno 1520. Mense Decembri Corpus
juris Canonici Wittebergæ in rogum ad id peculiariter in-
structum conjecterit, postea tamen, zelo priori paululum te-
pefacto, anno nimjrum 1530 lectionem juris Canonici, eti-
am Protestantibus Theologis commendasse videtur: Ex
hac potissimum, ut animadverto, ratione, qvod Pontificio-
rum doctrina & vita non tantum sacris literis, sed & ipsis De-

a) can. 7. & 12. de conse-
cra. dist. 2.

b) can. 3. dist. 23 can. 3.
dist. 26. can. 4. dist. 30.

can. 12. & 13. dist. 31.
can. 30. dist. 81.

c) can. 4. dist. 69. can 13
& 31. cau 2. q. 7.

d) can. 48. de pœnitent.

dist. 3. c. 11. ex. de cele-

bratio : missar :

e) can. 16. dist. 30. can.

6. cau. 25. q. 1. can. 3. dist.

36.

f) can. 29. cau. 13. q. 2.

g) can. 27. de consecrat.

dist. 3.

h) can. 12. §. qvicunq.;

dist. 40. can. 3. dist. 99.

i) can. 37. cau. 2 q. 7.

can. 1. dist. 22. ibi. Petra

fidei.

k) can. 2. dist. 23 can. 4.

l) can. 47. de consecrat.

dist. 1.

m) can. 23. & 25. de

consecrat. dist. 5.

n) Vide Stephan. Sze-

gedin. in Speculo Pon-

tific. Romanor. cap. 4.

memb. 2. à pag. 25.

Tom. 5. Jenens. germ;

mihi. f. 257. 258.

cretis Pontificum aduersetur, adeò ut ipsum Canonicum jus multis in locis ipsosmet Pontificios refellat, proprioq; gladio toti orbi Christiano jugulandos præbeat. Ex qvâ ratione certè dolendum est, Qvod nostri Theologiæ-Studiosi in Academiis ad jus Canonicum minùs assuefiant, uti non adeò injustè de hoc ipso celebris qvidam Theologus alibi conqveritur.

HISTORICOS & POLITICO S qvod attinet, sæpè illi adulatores Pontificios ex antiquioribus *Juris Canonici Decretis* itidem aperti mendacii convincere possunt. A plerisq; illorum *Papa* salutatur *Rex Regum & Imperator Imperatorum*. Verùm non ita sensit *Leo IV. Papa*, qvi se *Ludovico XI. Imperatori* humiliimē subjicit, ejus clementiam imploravit, & emendationem promisit.⁽ⁿ⁾ Nec non eidem Imperatori rationem reddidit, cur arma pro defendendâ Româ suscep- perit. ^(o) Qvin idem qvoq; *Leo IV. Imperatoris Lotharii Saxonis*, & reliqvorum Imperatorū præcepta modis omnibus se servaturum conceptis votis apertè pollicetur. ^(p) Nec ita qvoq; senserunt *Gregorius & Pelagius Pontifices*, qvi univer- salem Papæ titulum recusarunt. ^(q) Et qvamvis non erubescant *Canonistæ*, Imperatorem Pontificis Vasallum proclama-

^r) Clem. unic. de jure-
juran. can. Tibi domi-
no. 33. dist. 63.

^s) can. 9. can. 22. cau. 23. dist. 63.

Schleidan. l. 2. Comm. cir. fin. vers: Cum n. Imperatori olim jurare solitum fuisse, Creandi siqvidem Pontificis potestas erat priscâ ætate penes Imperatores, ^(r) sicut hodiè penes Electores Imperii. Et cum hisce Canonibus convenit illud heroicum responsum *Heinrici VII. Imperatoris*, qvi noluit juramentum fidelitatis Papæ præstare, prætexendo, qvod sit res novi exempli & superiori ætate non freqventata, qvodq; sit absurdum ac Imperatoriâ maje- state indignum, Principem Principum orbisq; terrarum do- minum

minum servo servorum sacramento obstrictum esse. Taceo Heinric. Aventin. t. 597.
 alia multa, quæ Canonistæ, licet suis tantummodo testimoniis, proferunt: De Translatione Imperii à Græcis ad Germanos in personam Magnifici Caroli, interventu Papæ, obtentâ: (1) De fabulosa Constantini Magni donatione, Sylvestro I factâ: (2) De jure coronandi, removendi item & depoenendi Imperatorem ab imperio, soli pontifici competente: De jure convocandorum conciliorum, &c. Quæ omnia partim ex ipsis Canonibus, partim Pontificum vitâ & rebus gestis satis superq; possunt removeri.

JURE CONSULTUM deniq; jura Canonica in primis nosse debere extra controversiam est, ut & nomen & titulus Doctorum Juris utriusq; satis sunt argumento. Nec eum qvidem leviter sed probè in Jure Canonico versatum esse decet. Qui namq; in lectione juris Canonici rari sunt, & brevissimi temporis spatio illi incumbunt, tanq; dænes de Nilo bibentes, malè studiis suis consulunt, ut ait Lincellottus: Atq; hanc ob causam Interpretes Itali passim Jurisperitum, Canonum scientiâ metiuntur eaq; non bene instructum interrudes & imperitos numerant, purum legistam, purum astnum proclamantes. Nec id qvidem tam prorsus absurdè: Nam profectò sine juris Canonici adjumento, nemo feliciter in praxi versabitur: Si quidem in Juramentis, (x) in causis matrimonialibus, (y) in materia præscriptionis, (z) usurarum, (aa) n. II. In processu, &c. non juris Civilis sed Canonici decisioni stamus. Qvorum omnium Ratio eadem & quidem hæc est: Qvia videlicet in hisce articulis juris omnibus, jus Canonum ad Juris Divini regulas, ad evitandum peccatum, ad æquitatem &c. proprius accedit quam nostrum Civile.

Cæterum inter alia, quæ ex jure Canonico tam in Theorico quam Practico studio quotidiè sunt observanda, egregijs

D: C: S: labor

Heinric. Aventin. t. 597.
n. 40.

(1) cap. 34. De Electio. & elec. potest. Clem. un. de Jurejuran.

(2) can. Constantinus. 14. dist. 69. can. 30. d. 36. cap. 17. de Electio. & elec. potes. in. 6. can. 17 cau. 12. q. 1.

x) Tuschus pract. conclus; lit. J. conclus. 579.

y) Rossbach de comp. par. jur: civil. & canon. in procem. n. 15.

z) VVesenbec. consil. n. 22. Schneidew. ad tit. J. de usucap. n. 17.

aa) Kling ad cap. cleric. 8. n. 5. ex. de Judiciis.

labor & nunq̄ satis commendatus est: *Differentias utriusq;
Juris Civilis puta & Canonici accuratē eruere atq; elimare
posse.* Qvarum tamen non una eademq; est ratio: Etenim
quædam in ipso *Jure Canonico* extant, verbis qvidem conce-
ptæ expressis, sed rem qvandoq; minus feliciter expedien-
tes. Non raro namq; Papa in æmulationem & ambitiosam
bb) l. II. §. I. ff. de his qvi
notan. infam. correctionem Imperatoris Justiniani multa reformare ausus
est; ipse tamen reformatione dignior. Puta: *Jure civili*, (bb)
cc) can. 2. in fi cau. 3. q. 3 Viduam intra annum luctus nubentem fieri infamem & Ca-
dd) cap. super. 4. & c. f. ex. de secun. nupt. nones antiqui, (cc) amplectuntur: Sed abrogarunt hoc recenti-
ores Papa Urbanus III. & Innocentius III. (dd) Magnâ sanè
ee) d. I. II. §. I. l. 53. §. 3. audaciâ contrarationem elegantem, propter nefandam vide-
C. de Episc. & cler. l. 15. licet sanguinis turbationem & odiosam prolis incertitudi-
C. ex qvib. caus. in. fam. nem: ('') imò & magnâ juris divini *inscitiâ*: Nō enim Aposto-
irrog.
ff) Pauli in Fpist. I. ad li (f) locum Pontifices rectè intellexisse in aperto est: ut suo
Corinth. 7. in fine. loco plenius dicetur. Quædam differentia ab Interpretibus
ita nominantur & proponuntur, qvas tamen neq; ullo fir-
mo textu, neq; ullâ certâ ratione stabilire possunt. Exem-
pli gratiâ: *Jure civili* qvis alterum pro defensione bonorum
regulariter occidere neqvit: *Exceptio* est, nisi periculum vi-
gg) Different. Jur. civil. tæ simul immineat. At *jure Canonico* non licere, ajunt, Cle-
& can. I. 6. c. 6. in fin. p. rico alium pro defensione rerum suarum interficere. Ita
460. & l. 7. c. 13.
hh) l. 7. §. 4. ff. de pactis. Rittershusius (gg) post Farinacium & alios. Quæ tamen ex-
l. 10. C. eod. ceptio in Clericis vix est ut subsistat. Sic *jure civili* ex pacto
ii) Rosbach. l. 2 de com- nudo actio non nascitur (hh) *Jure tamen Canonico* indistinctè
parat. Jur. civ. & canon. t. 9. n. 16. seqq. actionem nasci statuunt Rosbachius & alii complures. (ii)
kk) VV esenbec. par. ff. Quæ sententia *Consuetudine* qvidem invaluit, (kk) sed ex na-
de pact n. 6. Bocer. ad l. turia pactorum, & ex *Canone* certo non comprobatur. Alias
Contractus. de R. l. n. 8. pag. 55. innumeras *differentias* non *differentias* omitto. Ut verò in-
dagatio hæc est elegantissima, fructus nobilissimus: Ita ju-
diciū ad eam rem reqviritnr accuratum. Ut rectè hic dixe-
rim: Hoc opus hic labor est, Intelligisti hanc insignem uti-
lita-



4.

litatem, vos ipsi, Juris prudentiae cultores Ie. Etissimi, auditores savissimi, dum superiori anno per Schedulam mihi oblaram summis precibus animoq; descendit cupido unanimiter singulis nominibus vestris subscriptis, avidè à me contendistis, ut sepositis reliquis Tituli ex de Judic. aliquantisper sterilibus & ab usu remotis capitulis, DIFFERENTIAS „ JURIS CIVILIS & CANONICI studiosè erutas, certa methodo „ inclusas, foroq; nostro accommodatas promptè plenâq; ma- „ nu vobis impertire ne gravarer. Sanè ego hanc vestram ha- „ ctenus in auscultando diligentiam & ulteriorem descendit aviditatem satis superq; commendare neq; veo! SS. Trinitas in hac Temporum injuriâ & literatorum ferè penuriâ qvam posteri nostri, nisi Martis furor, qvod Bono cum Deo fiat, reprimatur, majore cum damno experiētur, vos in vestro proposito laudabili confirmet, & bono publico reservet. At verò vestra hæc fuit petitio! Quid autē mei erat officii? Statim eqvidem voto vestro lubentissimè annuissem! Verūm cùm rem novam & ab Electoralibus ordinationibus non nihil recedentem à me postulari viderem: Serenissimo Electori Saxoniae &c. Domino meo clementissimo petitum hoc vestrum subjectissimè, & absq; ullâ morâ duxi significandum, vestrū insuper in continuando juris studio ardorem debitissimodis commendans. Annuit Serenissima Celsitudo & peculiari Rescripto munus hoc, petito vestro conforme, mihi clementissimè injunxit: Cæteris omnibus in aliorum Professorum statione permanentibus, à qvâ nemo causam habet discedendi. Vos ita vestrum impetrastis desiderium: Mihi restat meum expediendum officium. Qvare Differentias Juris civilis & canonici in posterum vobis declarandas, Solo Famente Deo, in me nunc recipio. Non tamen omnes, Hic namq; labor immensus foret & infinitus: Nec eas, qvæ nullo adjuamento opus habent, qvæq; potissimum à duabus recentissimis



mis hujus argumenti Scriptoribus, Rosbachio & Rittershusio jam lucem acceperunt: Sed in primis eas, de quibus inter ipsos predictos recentiores duos Interpretes est controversia, & vel pleniorē confirmationem, vel novam refutationem, merentur: Nonnunquam enim Rosbachius à Rittershusio, quandoque hic ab illo aliam foveat opinionem: Non raro in utroque quædam occurunt monenda, ut & aliæ quæstiones supplendæ, ut in progreſſu συνθετικοῦ liqvidius constabit. Agite igitur, differentias & controversias potiores, elaboratione digniores, nec non difficiliores usque frequentiores percipite: Et ad seriem Titulorum in Digestis collocatas, (Ne & Ego absque methodo procedam, & vestræ in controversiis facilius requirendis memoriæ consulatur) excipite.

Deus verò O. M. agrum hunc Differentiarum, gratiæ suæ imbre irriget, ut & ego, & vos uberrimam messem metere atque colligere possimus. At paulisper, Auditores futuri, ab initio hinc sistite. Illustranda namque est in vestram gratiam, per Generalia quædam capita, Juris Canonicic cognitio: Pleniusque declarandi sunt antiquiores illi canones, quorum supra mentionem feci, quosque non tantum Theologis sed & Historicis atque Politicis in aliquot controversis quæstionibus inservire posse commemoravi: Ut & certæ Regulæ annotandæ veninnt, quod expeditior in Differentiis nostris cursus sit futurus. Initium autem faciam harum prælectionum publicarum ad diem LUNÆ crastinum in auditorio Collegii Paulini, horâ pomeridianâ 2. Valete felicissime, Propositi die 14 Januar. anno 1638.

F I N I S.

153989

ULB Halle
003 260 577

3



R VD 17



I quia
phila
m̄is p̄bi

laterie di-
cuntur car-
re in quibus
continen-
tur in can-
tiones.

Obvi-
na cōnes.
in domos
fias. s̄m
legem isti
sc̄rem āe.
sed ille in
cūlīs vo-
mo hec fū-
unt post
publica
cōnēm bo-
noī in ex-
ilium mi-
nitur. ut. C.
z malefi-
nulli. ac-

On
lice;
at. Ap̄ter
segetes.
nunquid
ergo hic
rep̄bendi
tur astro-
com̄mū

etius l̄ḡmarus Ideo tñ hñndus ē dñnumus.
Quod aut̄ m̄irū si quēadmodū ille copiſ
humam vel perturbata uel mortificata tem-
perie seu bonas seu m̄alas futuras p̄uidet
ualitudines. sic demōes m̄ aeris affectōe
hibi notas nobis ignotas p̄uidet futuras
tēpestates . Aliq̄n boīm etiā dispositōes
nō solū vole platas veruz etiā cogitacōe
oreptas. cū h̄iḡma q̄dam ex aio exp̄mu-
nur m̄ corpore tota facilitate p̄discut. atq̄
hinc etiā ultra futura p̄nūciant. alius vi-
vificiūmūa q̄lta misericordia nō mouerunt.
fallunt enā h̄ic dūt m̄unda volūz-
tare q̄ h̄icm̄ et reetiamur. ß ne apud
cultores suis p̄dūs au ctōritatis amit-
tant. id agūt vt inter ipsū s̄niē signor
q̄ suoꝝ dicētoꝝ culpa tribuar q̄n ip̄i
mali decepti fuerint vel metici. Nōmūq̄
velio ip̄i maligni spūs et illusores boīm
atq̄ inuasores salutis corꝝ solēt p̄dice-
re deſedū culture sue et p̄doloꝝ ruīnam
quatūmū p̄sc̄n videātur q̄d in simḡlis re-
ḡnis à locis utruñz et q̄d aduerſi sue fa-
ctōm̄ contingere possit. q̄d etiā illi q̄ gēnū
historias legūt nō ignorāt. Quid ergo
mirū si iam minime tēploꝝ et simulacra
rūp̄ euerhiōe quā ap̄b. dei sumitām̄ an-


illa p̄lare facit. Vnde
et nouissima annūtate in
estis. Cultores vero p̄dolo
mūone ſpandi ſunt. Sūn a
ad coūthios. h̄i q̄s frat̄ ſo-
rus aut p̄dolis ſuīes cū ei
bū ſumere. **H**inc etiā m̄
m̄umoris legūt.

Loḡia p̄dolos vē m̄estia.
Quis ariolos aruſp-
res obſuauerit à p̄bli-
uſus fuerit an athenia ſit.
ritano oclio. ca. xximj.

Nōt̄ r̄t̄ ſuīia cōm̄
On ſiceat r̄t̄ nō l̄t̄.
Xp̄iamis tenē tradiſc̄t
huareuel colere elemēta. à
curſus. à manē ſignor p̄fa-
ciēda. uel p̄pter ſegreteſ. x
tādas uel dñm̄ ſaſa.

Crux. Crux. Crux. Crux.

FarbKarte #13



SOLO FAVENTE DEO.

SIGISMUNDUS

Winckelhaus/
U. J. D. Professor publicus
& Collegii Juridici Lipsiensis
Ordinarius,

Juris prudentiæ Cultoribus
Salutem atq; felicitatem Decumanam
Amicè precatur.

Anno salutis reparatæ, M. DC. XXXVIII.

LIPSIÆ.
Typis GREGORI RITZSCHI,